

# In Taberna Quando Sumus

( Carmina Burana N.º 196)

Anonymous



*In ta-ber-na quan-do su-mus non cu-ra-mos quid sit hu-mus*



*Sed ad lu-dum pro-pe-ra-mus cu-i sem-per in-su-da-mus Quid a-ga-tur*



*in ta-ber-na u-bi num-mus est pin-cer-na Hoc est o-pus ut que-ra-tur*



*sed quid lo-quar au-di-a-tur.*

## II

Quidam Iudunt quidam bibunt . quidam indiscrete vivunt  
Sed in Iudo qui morantur ex his quidam denudantur  
Quidam ibi vestiuntur quidam saccis induuntur  
Ibi nullus timet mortem sed pro bacho mittunt sortem

Primo pro nummata vini ex  
hac bibunt libertini  
semel bibunt pro captivis  
post hec bibunt ter pro vivis  
quater pro christianis cunctis  
quinquies pro fidelibus defunctis  
sexies pro sororibus vanis  
septies pro militibus silvanis

Octies pro fratribus perversis  
novies pro monachis dispersis  
decies pro navigantibus  
undecies pro discordantibus  
duodecies pro penitentibus  
tredecies pro iter agentibus  
tam pro papa quam pro rege  
bibunt omnes sine lege

### III

Bibit hera bibit herus bibit miles bibit clerus  
Bibit ille bibit illa bibit servus cum ancilla  
Bibit velox bibit piger bibit albus bibit niger  
Bibit constans bibit vagus bibit rudis bibit magus

### IV

Bibit pauper et egrotus bibit exul et ignotus  
Bibit puer bibit canus bibit presul et decanus  
Bibit soror bibit frater bibit anus bibit mater  
Bibit ista bibit ille bibunt centum bibunt mille

### V

Parum durant ex nummate ubi ipsi inmoderate  
Bibunt omnes sine meta quamvis bibant mente leta  
Sic nos rodunt omnes gentes et sic erimus egentes  
Qui nos rodunt confundantur et cum iustis non scribantur